Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 113
Quelle:
Copyright:



*tracti. Hauuart. Adalbun. Ribmunt. Uuiſo. Adalpreht. Diozman. Liuprat. Epanhart. Ribhart. Nithart. Erhanpreht. Ribker.* II. *Notum ſit cunctis preſentibus uidelicet atque futuris. quod quidam clericus Erarhart qui et archipresbiter tradidit ſuum proprium clericum N. adalbun ad altare ſancti Georgii. in manu aduocati. Immonis. Iſti ſunt teſtes. Hauuart. Ribmunt. Ribhart.* III. *In Nomine domini. Tradidit quidam homo. nomine. Albuni ſua probria mancipia nuncupati. Horſemuod. Vualtrut. et filii eorum. Ad ſanctum dei martirem. georium. In manum Nithardi. Ea ratione. Vt per ſingulos annos perſoluant Ad ſupra dictum. M.* (artyrem) *V. denarios. et Iſti ſunt teſtes. Hauuart. Job. Uuilliberi.* IV. *In nomine domini tradidit quedam mulier. que nominata eſt. Helidin. ſuum probrium ſeruum. nuncupatum. fruouuili. ad altare ſancti georii. In manu adalhardi prepoſiti. Ea ratione. Vt per ſingulos annos. perſoluat. Ad ſupra dictam aram. V. denarios. et Iſti ſunt teſtes. Richart. Ruodfribt. Sikipert. epermunt. Vuiſo. et alii multi qui hoc ſciunt.* Nihil de his Traditionibus T. XIII. *Monument. Boic.* ubi Chartae Coenobii *Weltenb.* collectae ſunt. Factas putem eo tempore, quo Canonici Reg. e S. *Floriano* acciti illud tenebant, id, quod *ibid. p.* 305. anno 1123. adfigitur. Movet inter alia *Adalhardus Prepoſitus.*

*Fol.* VI. p. 1. rurſus *Traditiones* III. I. *Iſti ſunt qui cenſum ſuum debent dare ad ſanctum dei martyrem georium. — pero. Baldo. et ſorores eius. Reginhilt. Purcraht. et Richilt. Ruodolt et ſorores eius Ruodhilt. Eginna. Engilburc. Rekinburc. et filii earum. Iſti filii Sigiberonis de Cękingun. De ſtubingun Fruodwili* &c. II. *Quidam vir. N. Wolfherius ſuum proprium Mancipium Wolfherium Tradidit per manum Ribherii et Ribhardi ad ſeruicium ſancto dei martyri georio. eo tenore ſi congregacio ibi eſſet vt illis ſerviret. et inde queſtus haberet ſui proprii ſumtus et Si ibi congregacio non eſſet per ſingulos annos ſuum cenſum Reteret In altare. V. denarios. Iſti ſunt teſtes. Ribheri. Ribhart. Ruodfrid.* III. *Traditio Uodalgeri Presbiteri. Notum ſit — qualiter quidam presbiter Uodalger nuncupamine ęterne uitę deſiderio accenſus. omnia ſecundum apoſtoli preceptum reliquit. et in monaſterio ſancti Georgii regulari uite deo militandum ſe ſubdidit. Idem — tradidit ad altare ſancti Georgii mancipia — Richolf et Heilrat uxor eius et filii eorum Engildio et hiltigart. ea ratione ut — in eternum ſabbatum habeant cum VI. feria. et omnem iuſtitiam et legem quam cetera mancipia — Si autem quod deus prohibeat uita monachica in loco ſupradicto deſtructa fuerit. et canonicę congregationi traditus fuerit. ſeruiant eis ſimiliter ut monachis. Si uero nec monachorum nec canonicorum ibi congregatio fuerit — reddant cenſum ſuum ad altare ſancti Georgii. Uir V. denarios. femina III. Et ſint ubicumque uelint uel poſſint.* Teſtes *Aſcrib Ruod-*